Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

R. Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem moysi tulerunt illum in hierusalem ut sisterent eum domino sicut scriptum est in lege domini quia omne masculinum adaperiens uuluam sanctum domino uocabitur. V. Obtulerunt pro eo domino par turturum aut duos pullos columbarum.

A. Haec est que nesciuit thorum in delicto habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Sic. V. ... R. Benedixisti. A. Gaude maria uirgo cunctas hereses sola interemisti in uniuerso mundo. A. Dignare me laudare te uirgo sacrata da mihi uirtutem contra hostes tuos. A. Post partum uirgo inuiolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. A. O quam pulchra es casta generatio cum claritate.

A. Beata mater et innupta uirgo gloriosa regina mundi intercede pro nobis ad dominum. V. Obtulerunt pro eo domino.

Intelligite fratres karissimi. quale desiderium habebant antiqui sancti uidere xpm. Sciebant enim illum esse uenturum. & omnes qui pie uiuebant dicebant. O. si hic me inueniret illa natiuitas. o. si quod credo uideam oculis meis. R. Obtulerunt pro eo domino par turturum aut duos pullos columbarum sicut scriptum est in lege domini. V. Postquam impleti sunt dies purgationis eius tulerunt illum in hierusalem ut sisterent eum domino. Sic.

Et ut noueritis quantum desiderium habebant sancti qui nouerunt de scripturis uirginem parituram. sic audistis cum esayas propheta legeret. ecce uirgo accipiet & pariet filium. & uocabitur nomen eius emmanuel. Emmanuel quod sit. euangelista nobis disseruit dicens. Quod interpretatur nobiscum deus. R. Responsum acceperat symeon a spiritu sancto non uisurum se mortem nisi uideret xpm domini & benedixit deum & dixit nunc dimittis seruum tuum in pace quia uiderunt oculi mei salutare tuum domine. V. Lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tue israhel. Quia.

incredibile

Non tibi ergo sit quecumque infidelis anima. non tibi uideatur inpossibile ut uirgo pareret. & uirgo pariens permaneret. Intellegis natum dominum. & non mireris uirginis partum. Ut noueritis antiquos sanctos & iustos desiderasse uidere quod concessum est huic symeoni. ipse dominus noster ihesus xpc ad discipulos loquens. ait illis. Multi iusti & prophete uoluerunt uidere que uidetis. & non uiderunt. & audire que auditis. & non audierunt. R. Cum inducerent puerum ihesum parentes eius accepit eum symeon in ulnas suas & benedixit eum & dixit nunc dimittis